

L.Coelij.Lactantij firmiani ad demetrianu; de opificio dei
seu formatione hominis.

Probemiale Ca.ad Demetrianū in quo narrat cur hoc opus as-
sumpsit:

Vam minime sim qetus & in summis necessita-
tibus ex hoc libello poteris existimare: quē ad te
rudib⁹ pene uerbis put ingenu⁹ mediocritas tulit
Demetriane pſcripli: ut & quotidianū studium
meū nosces & nō deesse; tibi p̄ceptor etiā nūc:
sed honestioris rei: meliorisq; doctrinę. Nam si te in litteris ni-
bil aliud q̄ lingua inſtruentib⁹ auditorem ſatiſ ſtrēnum p̄
buisti: q̄to magis in his ueris & ad uitam p̄tinētib⁹ docilior eſſe
debebis: apud quē nūc profiteor nulla me neceſſitate uel rei uel
tpis impediri: quo minus aliqd excudā: quo philoſophi noſtre
ſectę quā tuemur inſtructiores doctioresq; in posterū fiēt: quis
nūc me audiāt caſtigenf⁹ uulgo: q̄ aliter q̄ ſapiētib⁹ cōuenit ui-
uāt & uicia ſub obtētu noīs celēt: qbus aut mederi oportuit: aut
ea prorsus effugere: ut beatū atq; incorruptū ſapienſe nomē: ui-
ta ipſa cū p̄ceptis cōgruēte preſtarent. Ego tñ ut nos ipſos ſil'
& ceteros inſtruā: nullū laborē recuſo: neq; enī poſſu⁹ obliuisci
mei: tū p̄ſertim cū maxime opus ſit meminiſſe: ſic ne tu qdē;
tui ut ſpero & opto. Nā licet te publicę rei neceſſitas a ueris &
iuftis operibus auertat: tñ fieri nō poſteſt: quin ſubinde in cēlum
aſpiciat mens ſibi cōſcia recti. Ego qdem lētor: omnia tibi quę
p̄ bonis habent proſpere fluere: ita ſi nihil de ſtatu mētis im-
mutēt. Vereor enim ne paulatim cōſuetudo & iocūditas earu⁹
rērū (ſicut fieri ſolet) in animū tuū repat. Ideoq; te moneo: & re-
petēs iterū iterūq; monebo: ne oblectamēta iſta terre p̄ magnis
ac ueris bonis habere te credas: q̄ ſunt nō tñ fallacia q̄ dubia: ue-
rū etiā inſidiosa: q̄ dulcia. Nam & ille colluctator & aduersari-
us noſter ſcis q̄ ſit aſtut⁹: & idē ipſe uiolētus ſicuti nūc uidem⁹
Iſ hēc omnia quę illicere poſſunt pro laqueis habet: & quidem
tam ſubtilib⁹: ut oculos mentis effugiant: ne poſſint hominis p̄
uiſione uitari. Sūma ergo prudentia eſt pedetentim ire: quoniā
ntrobiq; ſaltus inſidet: & offenſacula pedib⁹ latenter opponit.
Itaq; res tuas pprias in qbus nūc agis ſuadeo: ut pro tua uirtute

aut contēnas si potes: aut non magnopere mitteris. Memento & ueri parentis tui: & in qua ciuitate nomen dederis: & cuius ordinis fueris. Intelligis pfecto qd loquar. Nec enī te supbiē arguo: cuius in te ne suspicio qd ulla est: sed ea quē dico ad mentē refe renda sunt nō ad corpus: cuius oīs ratio ideo compata est: ut ani mo tanq̄ dño seruiat & regat nutu eius. V̄as est enī; quodāmō fictile quo animus: idest homo ipse uerus cōtinet: & quidē non a Prometheo factu; (ut poetē loquunt̄) sed a summo illo rerum conditore ac artifice deo: cuius diuinam prouidentiā perfectissimamq̄ uirtutē nec sensu cōprehēdere: nec uerbo enarrare possibile est. Tētabo tñ quoniā corporis & animi facta mentio est: utriusq; rationem q̄tum pusillitas intelligentiē meę peruidet ex plicare: qd officium bac de causa maxime suscipiendū puto: qd Marcus Tullius uir ingenij singularis in quarto de republica libro cū id facere tētasset: nibil prorsus effecit: materiā late paten tem angustis finibus terminauit: leuiter summa quęc̄ decerpēs. Ac ne ulla esset excusatio: cur eum locum nō fuerit executus ipse testatus est: nec uoluntatē sibi defuisse nec curam. In libro enim de legibus primo: cū hęc idem summatim stringeret sic ait. Hūc locu; fatis (ut mibi uideſ) in his libris quos legistis expressi. Scipio. Postea tamen in libro de natura deorū secundo: hoc idem latius exequi conatus. Sed quoniā nec ibi quidem satis expressit aggrediar hoc munus & tumā mibi audacter explicandū: q̄ ho mo disertissimus pene omisit intactum. Forlitan reprehen das q̄ in rebus obscuris coner aliquid disputare: cum uideas tan ta temeritate hoīes extitisse: qui uulgo philosophi nominantur: ut ea quē obscura prorsus atq; abdita deus esse uoluit scrutaren tur: ac naturam rerū cęlestium terrenarūq; cōquirerēt: quē a nobis longe remotę neq; oculis contrectari: neq; tangi manu: neq; p̄cipi sensibus possunt. Et tamen de illarū omniū ratione sic disputant: ut ea quē afferūt pbata & cognita uidere uelint. Quid est tandem cur nobis inuidiosum q̄s q̄ putet: si rationem corporis nostri inspicere & contemplari uelimus? Quē plane obscura nō est: q̄ ex ipsis mēbroꝝ officijs & usibus partiū singularum quanta ui prouidentiē q̄s q̄ factus sit intelligere nobis licet.

Capitulū. ii. quē de⁹ homini: & quē ceteris animalib⁹ dedit.

Edit enim homini artifex ille noster ac parés de⁹ sensu; atq;
rōe; ut ex eo appareret nos ab eo esse generatos: q; ipse in
telligentia: ipse sensus ac ratio est. Ceteris animantibus quoni
am rationalem istam uitam non attribuit: quemadmodū tamē
uita eorum tutior esset ante prouidit. Omnes enī suis ex se pelli
bus texit: quo facilius possent uim pruinariū ac frigora sustinere
Singulis autem generibus ad propulsandos impetus externos
sua p̄pria munimenta cōstituit: ut aut naturalibus telis repugnēt
fortioribus: aut quę sunt imbecilliora subtrahāt se periculis per
nitate fugiendi: aut quę simul & uiribus & celeritate indigēt:
astu se protegāt: aut latibulis sepiant. Itaq; alia eoꝝ uel plumis le
uibus in sublime suspensa sunt: uel suffulta ungulis: uel iſtructa
cornibus: qbusdaꝫ in ore arma sunt dentes: aut in pedibus adun
ci unguis: nulliꝫ munimentū ad tutelā sui deest. Si qua uero in
prēda; maioribus cedunt: ne tñ stirps eorū funditus interiret:
aut in ea sunt relegata regione ubi maiora esse nō possunt: aut ac
cēperūt uberē generādi facultatē: ut & bestiis quę sanguine alūt
uictus suppeteret ex illis: & illatam tamen cladem ad conseruati
one; generis multitudo ipsa superaret. Hominē autem ratione
concessa & uirtute sentiendi: atq; eloquendi data: eorū quę cete
ris animalibus attributa sunt: fecit expertem: quia sapientia red
dere poterat quę illi naturę conditio denegasset: statuit nuduꝫ
& inermē: quia & ingenio poterat armari: & ratione uestiri. Ea
uero ipsa quę mutis data & homini denegata sunt: q̄ mirabiliter
homini ad pulchritudinem faciat exprimi non pōt. Nam si ho
mini ferinos dentes aut cornua: aut unguis: aut ungulas: aut cau
dam: aut uarij coloris pilos addidisset: q̄s non sentiat q̄ turpe
animal esset futuruꝫ: sicut muta si nuda & inermia fingerentur?
Quibus si detrabas uel naturalē sui corporis uestē: uel ea qb⁹ ex
se armanf: nec speciosa poterūt esse nec tuta: ut mirabiliter si uti
litatem cogites: iſtructa: si specieꝫ: ornata uideant. Adeo miro
modo cōsentit utilitas cum decore: hominem uero queꝫ ceteruꝫ
animal atq; immortale fingebat: nō forinsecus ut cetera: fed inte
rius armavit: nec munimentū eius in corpore: fed in aīo posuit:
quoniam supuacuū fuit cū illi quod erat maximū tribuiss; cor
poralibus eū tegere munimētis: cū p̄sertim pulchritudinē hu
mani corporis impedirent.

Capi. iii. Cōtra Epicuros disputat qui opera naturę dānabāt:
& prēcipue q̄ bō ceteris animātibus imbecillior oriatur.

Nde ego philosophoꝝ: q̄ Epicurū sequunt̄: amētiā soleo
mirari q̄ naturę opa reprehēderēt: ut ostēdāt nulla puidē
tia instructū esse ac regi mūdū: s; originē rerū infecabilib⁹ ac so
lidis corporib⁹ assignāt: quoꝝ fortuitis concursiōib⁹: uniuersa
naſcant & nata ſint. Prēterea que ad iſum mūdū uicio dāt: in
quo rideſe iſaniūt: id ſumo qđ ad rē de qua nūc agim⁹ ptinet.
Querun̄ hoīem ni mis imbecillū & fragilē naſci: q̄ cetera aīalia
naſcūt: que ut ſunt edita ex utero: ptinus in pedes iuos erigi: &
gētire diſcurſib⁹: ſtatimq; aerē tolerādo idonea eſſe: q̄ in lucez
naturalib⁹ indumētis munita pcesserint. Hominē ecōtra nuduꝝ
& inermē tanq; ex naufragio in bui⁹ uitę miserias proijci & ex
pelli: q̄ neq; mouere ſe loco: ubi effuſus eſt poſſit ne alimētum la
ctis appetere: nec iniuriā tpiſ ferre. Ita q̄ naturā nō matrē eſſe hu
mani generis: s; nouercā: que cū mutis tam liberalit̄ gesserit: ho
minē uero ſic effuderit: ut inops & infirm⁹: & omni auxilio in
digēs: nibil aliud poſſit q̄ fragilitatis ſuę conditōem ploratu ac
fletib⁹ ominari: ſcilicet cui tantū in uita reſtet tranſire maloruꝝ.
Quę cū dicūt: uebementer ſapere credun̄: ppter ea q̄ unuſq; q̄
incōſiderate ſuę conditionis ingratus eſt. Ego uero illos nunq;
magis deſipere contendō: q̄ cum hoc loquunt̄. Cōſiderās enim
conditionem rerum: intelligo nibil fieri aliter debuisse: ut non
dicam potuisse: quia deus potest oīa: ſed neceſſe eſt: q̄ illa prou
identiſſima maiestas id effecerit: quod erat melius & rectius. Li
bet igiū interrogare iſtos diuinorū operū reprehēſores: quid in
homīe deſeffet q̄ imbecillior naſcīt credant. Num iſcirco min⁹
educent̄ hoīes: num minus ad ſummū robur etatis prouebant̄:
num imbecillitas: aut incrementū impedit ad ſalutē: quoniam
que deſunt ratio dephēdit? At hoīs inquiūt educatio maximis
laboribus conſtat: pecudum ſcilicet conditio melior: q̄ bę om
nes cū foetum ediderint: non niſi paſtus ſui curaꝝ gerūt: ex quo
efficitur ut uberibus ſua ſponte diſtentis alimentum lactis foeti
bus ministref: & id cogente natura ſine ſollicitudine appetant.
Quid aues: quarum ratio diuersa eſt: nōne maximos iuſcipiūt
in educando labores: ut interdum aliquid humaꝝ intelligentię

babere uideant? Nidos enim aut luto cōdificant: aut uirgultis & frōdib⁹ cōstruūt: & cibos expertes incubāt ouis: & qm̄ foetus de suis corporib⁹ alere nō datū est: cibos cōuebūt: & totos dies in huiusmodi discursatōe cōsumūt: noctib⁹ uero defendūt: fouent: ptegunt. Quid ampli⁹ facere hoīes possunt: nisi hoc solū fortasse: q̄ nō expellūt adultos: sed ppetua necessitudine ac uinculo charitatis adiūctos habent? Quid q̄ auium foet⁹ multo fragilior est q̄ hoīs? Quia nō materno corpore ipsum aīal edūt: sed id qđ materni corporis foetu & calore tepefactū aīal efficiat: qđ tñ cū spiritu fuerit animatū: id uero implume ac tenez̄ non mō uolandi: sed anbulandi quoq; usu caret. Non ergo modo inep tissimus sit: si qs putet male cum uolucribus egisse naturā: p̄mū q̄ bis nascunt̄: deinde q̄ tam infirme: ut sint quēsitis p̄ laborem cibis a parentibus nutriēd̄. Sed illi fortiora eligūt imbecilliora prēteriūt. Quero igī ab his qui conditionē pecudum suę prese runt: quid eligant si deus his deferat optionē: utrum malint humanā sapientiam cum imbecillitate: an pecudum firmitatem cu; illarum naturā? Scilicet non tam pecudes sunt ut non malint uel fragiliorem multo: q̄ nunc est: dummodo humanā: q̄ illam irrationabilē firmitatem. Sed uidelicet prudentes uiri: neq; homīs rationem uolunt cum fragilitate: neq; mutorum firmitate: sine ratione. Quod nibil est tam repugnās tāq; cōtrariū q̄ unūqd' q̄ animal: aut ratio instruat necesse est: aut cōditio naturę. Si naturalibus munimentis instruatur: superuacula ratio est? Quid enī excogitabit: quid faciet: quid molietur? Aut in quo lumen illud ingenū ostendet: cū ea quę possunt esse rationis: ultro natura cōcedat? Si autem ratione sit prēdictum: quid opus erit sepimentis corporis: cū semel cōcessa ratio naturę munus possit implere? Quę quidem tantum ualet ad ornādum tuendumq; hominem ut nibil potuerit maius ac melius a deo dari. Deniq; cum & corporis non magni homo: & exiguarum uiriū: & ualitudinis sic infirmę: tamen qm̄ id quod est maius accēpit: & instructior est ceteris animalibus & ornatior. Nam cum fragilis imbecillusq; nascatur: tamē & a mutis omnibus tut⁹ est: & ea omnia quę firmiora nascuntur: etiam si uim celi fortiter patiunt̄: ab homine tñ tuta esse nō possunt. Ita sit ut plus homini cōferat ratio: q̄ natura mutis: quonia; in illis neq; magnitudo uiriū: neq; firmitas

corporis efficere pōt: quo min⁹ aut opprimant̄ a nobis: aut n̄c
sbięcta sint ptati. Pōt ne igit̄ aliq̄s cum uideat etiā boues: uaccas
aut equos cū immanissimis corporib⁹ ac uirib⁹ seruire homini:
queri de opifice reꝝ deo: q̄ modicas uires q̄ paruū corp⁹ accepe
rit: nec bñficia ī se diuina p̄ merito estimat: qđ ē ī grati: aut ueri⁹
loquar ī sani! Meli⁹ igit̄ Plato ut hos credo inḡtos refelleret natu
rę ḡas egit: q̄ bō nat⁹ eēt. Qđ & ipm q̄le sit nō ē b⁹ materię pō
derare. Quāto meli⁹ & sani⁹ q̄ sensit cōditōe; hoīs eē meliore: q̄
isti q̄ se pecudes natos eē maluerūt. Quos si de⁹ in ea forte cōuer
terit aīalia: quoꝝ sortē preferūt suę: iā pfecto cupiant remigrare
magnis q̄b clamoribus conditionem pristinam flagitent: q̄ non
est tanti robur ac firmitas corporis: ut officio lingue careas: aut
auīū p̄ aerē libera discursatio ut manib⁹ indigeas. Plus enī man⁹
p̄stāt: q̄ leuitas pēnaꝝ: pl⁹ lingua q̄ toti⁹ corporis fortitudo. Que
igit̄ amentia est ea preferre: que si data sint: accipere detrectes?

Capi. iiiij. Cōtra epicuros cōquērētes hoīes morbis & imma
turę morti subiectos.

Idē querunt̄ hoīe; morbis & imaturę morti eē subiectuꝝ.
Indignant̄ uidelicet nō deos se eē natos. Minime inqūt: iż
ex hoc ostēdim⁹ hoīe; nulla puidētia esse factū: qđ aliter fieri de
buit. Quid si ostēdero id ipm magna rōe p̄uisū esse: ut a mor
bis uexari posset: & uita sua ī medio cursus sui spacio rūperet?
Cū enī de⁹ aīal qđ fecerat sua spōte ad mortē trāslire cognouissz:
ut mortē ipa; que est dissolutio naturę capere possz: dedit ei fra
gilitatē: que morti aditū ad dissoluendū aīal inueniret. Nā si ei⁹
roboris fieret: ut ad eū morbus & egritudo adire nō posset: ne
mors quidem posset qm̄ mors sequela morborū est. Immatura
uero mors quomodo abesset ab eo: cui esset constituta natura?
Nempe nullum hominem mori uolunt nisi cū centesimū etatis
compleuerit annum. Quomodo illis in tanta repugnantia rerū
ratio poterit constare? Vt enim ante annos centum mori quisq;
non possit: aliquid illi roboris: quod sit immortale tribuenduꝝ
est. Quo cōcessō: necesse est conditionē mortis excludi. Id aut
ipsum cuiusmodi potest esse: quod hominem cōtra morbos &
ictus extraneos: solidum atq; inexpugnabile faciat? Cum enim
constet ex ossibus & neruis: & uisceribus & sanguine: qđ horū

potest esse tam firmū: ut fragilitatē repellat ac mortē! Ut igit̄ ho-
mo indissolubilis sit ante illud tempus: quod illi putāt oportuis-
se cōstitui: ex qua ei materia corpus attri buāt! Fragilia sūt omnia
quę uideri ac tangi possūt. Superst: ut aliquid ex cēlo petant: quo-
niā in terra nihil est: quod nō sit infirmū. Cum ergo sic homo
formandus esset a deo: ut mortalis esset: aliquādo & p seipsum
mobilis semp̄ res īp̄a exigebat: ut terreno & fragili corpore finge-
ret. Necesse est igit̄: ut mortē recipiat quādolibet: quoniā cor-
poralis. Corpus enī quodlibet solubile atq; mortale est. Stultissi-
mi ergo sunt qui de morte īmatura querunt: quoniā naturę cōdi-
tio locū illi facit: Ita cōsequēs erit ut morbis quoq; subiectus sit.
Neq; enī patiē natura: ut abesse possit infirmitas ab eo corpe: qđ
iccirco nō solidū firmūq; natū est: ut aliquādo soluēdū sit. Sed
putemus fieri posse quēadmodū uolūt ut homo non ea cōditiōe
nascat: qua morbo mortue subiectus sit: nisi peracto etatis suę
spacio ad ultimā processerit senectutē. Nō igit̄ uidēt si ita sit cō-
stitutū quid sequat̄: homini utiq; certo tempore mori nullo mō
posse sed si prohiberi ab altero uictu potest: mori poterit. Res
igit̄ exigit: ut homini: qui ante certū diē mori nō potest: ciboz
alimentis qā subtrahi possūt opus non sit: si opus cibo nō erit: iā
non homo ille: sed deus fiet. Ergo ut superius dixi: qui de fragili-
tate hominis querūt: quod id potissimū querūt qđ nō immorta-
les sempiterniq; sint nati. Nemo enī nisi senex mori debet. Nēpe
ideo mori debet: quia deus non est. Atqui mortalitas non potest
cum immortalitate coniungi. Si enī mortalis est in senectute im-
mortalis esse in adolescētia nō potest. Nec est ab eo cōditiō mor-
tis aliena: qui quādoq; moriturus est: nec ulla īmortalitas est cui
sit terminus cōstitutus. Ita fit: ut & īmortalitas exclusa imperpe-
tum: & ad tēpus recepta mortalitas: hominē cōstituat in ea condi-
tione: ut sit in qualibet etate mortalis. Quadrat igit̄ necessitas un-
dicq;: nec debuisse aliter nec fas fuisse: sed isti rationē sequētiū nō
uidēt: qā semel errauerūt in ipsa summa. Exclusa enī de rebus hu-
manis diuina puidentia: necessario sequebat̄: ut omnia sua spōte
sint nata. Hinc inuenerūt illas minutorū seminū plagas: & cōcur-
siones fortuitas: quia rerū originem nō uidebant. In quas se angu-
stias cū cōiecissent: iam cogebat eos necessitas existimare animas
cū corporibus nasci: & item cū corporibus extingui. Assūpserat

enī nihil fieri mente diuina: quod ipsū nō aliter p̄bare poterant: q̄ si ostenderent esse aliq̄ in q̄bus uidere p̄t puidētię ratio claudicare. Reprebenderūt igit̄ ea: in quibus uel maxime diuinitatē suā: puidētia mirabiliter expressit: ut illa quę retuli de morbis & īmatūa morte cū debuerint cogitare: his assūptis quę necessario seque ren̄t. Sequūt̄ autē illa: quę dixi. si morbū nō reciperēt: neq̄; tectis: neq̄; uestibus indigerēt. Quid enī nentos: aut hymbres: aut frigora metueret: quorū uis in eo est: ut morbos afferat! Iccirco enī accēpit sapientiā: ut aduersus nocētia fragilitatē suā muniāt. Sequitur necesse est: ut quoniā retinēdē rationis causa morbos capit: etiam mortē semp accipiat: q̄a bis ad quem mors nō uenit: firmus sit ne cessē est. Infirmitas autē habet in se mortis cōditionem. Firmitas uero ubi fuerit: nec senectus locū potest habere: nec mors q̄ seq̄t̄ senectutē. Prēterea si mors certē cōstituta esset etati: fieret homo insolētissimus: & humanitate omni carēt. Nā fere iura omnia humanitatis: q̄bus inter nos cohērem⁹ ex metu & cōsciētia fragilitatis oriunt̄. Deniq̄; imbecilliora & timidiora quęq̄; animalia congregant̄: ut quoniā uirib⁹ tueri se nequeūt: multitudine tueantur. Fortiora & solitudines appetūt quoniā robore uiribusq̄; cōfidūt. Homo quoq̄; si eodē mō habēt ad ppulsanda picula suppetēs robur: nec ullius alterius auxilio indigeret: q̄ societas esset: q̄ reuerentia inf̄ se: quis ordo? quęque ratio? q̄ humanitas! Aut quid esset dēteri⁹ homine? qd efferacius? qd īmani⁹? Sed quoniā imbecillis est nec p̄ se pōt sine hoīe uiuē: societatem appetit: ut uita cōmunis & ornatiōr fiat & tutior. Vides igit̄ oēm hoīs rationē in eo maxie stare: q̄ nud⁹ fragilisq̄; nascit̄: q̄ morbis afficit̄: q̄ īmatura morte mulctat̄. Quę si homini detrahāt̄: rationē quoq̄; ac sapientiā detrahi necesse est. Sed nimis diu de rebus apertis dispūto: cū sit liq̄ dum:nihil sine prouidētia nec factum esse unq̄; nec fieri potuisse. De cui⁹ op̄ibus uniuersis si nūc libeat disputare p̄ ordinē infinita materia est. Sed ego de uno corpe hoīs tātū institui dicere ut ī eo diuinę puidētię potestatē quāta fuerit: ostendā: his dūtaxat in rebus: quę sūt cōprehensibiles & aperte. Nā illa quę sūt animi: nec subiici oculis nec cōprehendi queūt. Nunc de ipso uase hominis loquimur quod uidemus.

Capitulum.v. De differentia creationis animaliū brutorum & hominis fm corpus.

N principio cum deus fingeret animalia: noluit ea in rotundam formę specię congregare atq; colligere: ut & moueri ad ambulandū: & flectere se in quālibet partē facile possent: sed ex ipsa corporis sūma produxit caput. Itē produxit mēbra qda; longius: que uocant pedes: ut alternis motibus solo fixa pduceant animal quo mens tulisset: aut quo petendi cibi necessitas puo casset. Ex ipso autē uasco corporis quatuor fecit extantia bina posterius: que sūt i omnibus pedes. Item bina capiti & collo p. xima: que uarios animātibus usus p̄bēt. In pecudib⁹ enī ac fr̄is sunt posterioribus pedes similes. In homine autē manus: que nō ad ambulandū: sed ad faciendū temperādūq; sūt natę. Est & tertium genus: in quo priora illa neq; pedes: neq; manus sūt: sed alij: in quibus pennę per ordinē fixę uolādi exhibēt usū. Ita una fictio diuersas species & uetus habet. Atq; ut ipsam corporis crassitudinem firmiter cōprehenderet: maioribus & breuib⁹ ossibus inuenientem colligatis: quasi carinā compegit: quā nos dicimus spinam. Eamq; noluit ex uno perpetuoq; osse formare: ne gradiendi: flectendiq; se facultatē animal nō habēt. Ex eius parte quasi media: costas id est transuersa & plana ossa porrexit in diuersū: quibus clementer curuatis: & in te uelut in circulū pene cōductis: interna uiscera contegant: ut ea quę mollia & minus ualida fieri op̄erat: illius solidę etatis amplexu possent esse imunita. In sūma h̄o constructiōis eius quā similiē nauis carinę diximus: caput collocauit: in quo esset regimen totius animantis. Datumq; illi hoc nomē est **Vt** quidē Varro ad Ciceronē scribit: q̄ binc capiant initium sensus ac nerui. Ea uero que diximus de corpore uel ambulandi: uel faciendi: uel uolādi causa esse producta: neq; nimiu longius propter celerem mobilitatē neq; nimiu breuib⁹ ppter firmitatē: sed & paucis & magnis ossibus constare uoluit. Aut enī bina sūt ut i homine aut qua terna: ut in quadrupede: que tamē nō fecit solida ne in gradiendo pigritia & grauitas retardaret: sed cauata & ad uigore corporis conseruandū medullis intrinsecus plena eaq; rur sus nō equaliter porrecta finiuit: sed sūmas eorū partes crassioribus nodis cōglobauit: ut & substringi neruis facilis & uerti tutis possent unde sūt uertibula noīata. Eos nodos firmit solidatos leui quodā operculo texit: quod dicit cartilago scilicet ut sine atritu & sine sensu doloris aliquo flecterent: eosdem tamē nō in unum

modū informauit. Alios enī fecit simplices & in orbē rotundos
in his duntaxat articulis : in qbus moueri mēbra in omnes partes
oportebat ut in scapulis: quoniā manus utrūlibet agitari & cōtor
queri necessariū est. Alios autē latos & equales & in unā pte rotū
dos: & i his utiq̄ locis ubi t̄modo curuari mēbra i omnes ptes
oportebat: ut in genibus: & in cubitis: & in manibus ipsis. Nam
sicut manus ex eo loco unde oriūt a corpore ubiq̄ uerlus moueri
speciosū simul & utile fuit: sic pfecto si h̄ idē etiā cubitis accide
ret: & supuacuus esset eiusmodi motus & turpis. Iam enī manus
amissā dignitate quā nūc habet: mobilitate nimia p̄muscidis si
milis mirabiliter uidereſ: essetq; homo plane anguiman⁹. Quod
genus in illa īmanissima belua mirabiliter effectū est. Deus enī q
puidentiā & potestatē suā multaꝝ terū mirabili uarietate uoluit
ostendere: quoniā caput ei⁹ animalis nō tā lōge porrexerat: ut trā
posset ore contingē: quod erat futurū horribile atq; tetrū: & quia
os ipsū profusis dentibus sic armauerat: ut etiam si cōtingeret pa
scendi tamē facultatē dentes adimerent. Produxit inter eos a sum
ma frōte molle ac flexibile membrū: quo prendere: quo tenē qd̄
libet posset: ut rationem uīctus capiendi uel dentium prominens
magnitudo: uel ceruicis breuitas non impediret.

Capitulum. vi. Contra Epicurū: qui ex athomis fortuito
coucurrentib⁹ compactū fabricatūq; hominē disputauit.

On possum hoc loco teneri: quo minus Epicuri stulticiam
coarguā. Illius enī sūt omnia: que delirat Lucretius. Qui ut
ostenderet animalia non artificio aliquo diuinę mentis: sed ut so
let fortuito esse nata: dixit in principio mūdi alias quas dā īume
rables animātes miranda specie & magnitudine fuisse natas: sed
eas permanere nō potuisse q̄ illas aut sumendi cibi facultas: aut co
eundi generandiq; ratio defecisset. Videlicet ut & athomis suis
locū faceret p̄ infinitū & mane uolitātib⁹ diuinā puidetiā uoluit
excludere. Sed cū uideret in omnibus: que spirant: mirabilē pui
dentię inesse rationē: quod malū uanitatis erat dicē fuisse anima
lia prodigiosa in quibus ratio cessasset. Quoniā igit̄ omnia que
uidemus cum ratione nata sunt: id enim ipsum naſci efficere nisi
ratio non potest: manifestum est nihil omnino rationis expers

potuisse generari. Ante enī prouisū est in singulis qbusq; fingen-
dis quatenus & ministerio mēbrorū ad necessaria uitę uteret: &
quatenus adiugatis corpibus elata soboles: uniuersas generatim
cōseruaret animātes. Nā si peritus architectus cū magnū aliquod
ēdificiū facere cōstituit: primo omniū cogitat quę sūma pfecti
ēdificij futura sit: & ante emetiatur quę locū leue pōdus expectet
ubi magni operis statuta sit moles: quę colūnarū interualla: q; aut
ubi aquarū cadētiū decursus & exitus & receptacula. Hoc inquā
prius prouidet: ut quęcunq; sunt perfecto operi iam necessaria: cū
ipſis fundamētis pariter ordinat. Cum deum quis q; putet in ma-
chinandis animab; nō ante prouidisse: quę ad uiuendū necessaria
essent: q; ipsam uitā daret. Quę utiq; cōstare nō possent: nī pri⁹
effecta essent qbus constat. Videbat igit Epicurus in corporib;
animaliū diuinę rationis solertiā: sed ut efficeret quod ante ipru-
denter assumpferat: ad iecit aliud deliramētū superiori congruēs
Dixit enī neq; oculos ad uidendū esse natos: neq; aures ad audien-
dum: neq; pedes ad ambulādū: quoniā mēbra hēc prius nata sūt:
q; esset usus uidendi: & audiēdi: & ambulādi: led horū omniū
officia ex natis extitisse. Vereor ne huiusmodi portēta & ridicu-
la refutare: nō minus ineptū esse uideat. Sed libet ineptire: quoniā
cum inepto agimus: ne se ille nīmis argutum putet. Quid ais Epi-
cure! Non sūt ad uidendū oculi nati? Cur igitur uidēt? Postea in-
quit usus eorū apparuit. Videndi ergo causa nati sunt: siquidem
nihil possunt aliud q; uidere. Itē mēbra cetera: cuius rei causa nata
sunt ipse usus ostendit. Qui utiq; nullo modo posset existere: ni
si essent membra omnia: tam ordinata tam prouidēter effecta ut
usum possent habere. Quid si enī dicas aues non ad uolandū esse
natas: neq; feras ad ſequendum: neq; pisces ad natandum neq; ho-
mines ad sapiendum: cum appareat ei naturę officioq; seruire ani-
mantēs: ad quod est quęq; generata: Sed uidelicet qui ūmā ipsa;
ueritatis amisi: semper erret necesse est. Si enī non prouidētia sed
fortuitis athorum concursionibus nascuntur omnia: cur nūq;
fortuito accidit sic coire illa principia: ut efficerent animal eius-
modi: quod naribus potius audiret: aut odoraret oculis: auribus
cerneret. Si enim primordia nullum genus positionis in expertu;
relinquent: oportuit eiusmodi quotidie monstra generari in qui-
bus & mēbroꝝ ordo p̄presterus: & usus longe diuersus existēt

Cum uero uniuersa genera & uniuersa quoq; mēbra: leges suas & ordines & usus sibi attributos tueāt: manifestū est nihil fortuito esse factū: quoniā diuinę rationis dispositio ppetua seruat. Vey alias refellem⁹ Epicurū nūc de puidētia ut coepimus differam⁹.

Capitulum. vii. De dei prouidentia circa uniuersalē hominis fabricam.

Eus igit̄ solidamēta corporis:quę ossa dicunt̄: nodata & adiuncta inuicem neruis alligauit atq; constrinxit. Quibus mens si excurrere aut resistere uelit: tanq; retinaculis uteret & qđē nullo labore nullo q; conatu: sed minimo nutu toti⁹ coporis mollem temperaret ac flecteret. Hęc autē uiscerib⁹ operuit: ut quēcūq; locū decebat: ut quę solida ossa conclusa regerent̄. Itē uisceribus ipsis uenas admis̄cuit: quasi riuos p corp⁹ omne diuīsos p quas discurrens humor & sanguis: uniuersa mēbra succis uitalibus irrigaret: & ea uiscera formata in eū modū: q; unicuiq; generi ac loco apt⁹ fuerit: sup̄iecta pelle cōtexit. Quā uel sola pulchritudine decorauit: uel setis adoperuit uel squamis munivit: uel plumis insignibus adornauit. Illud uero cōmentū dei mirabile: quod una dipositio & unus habitus innumerabiles animantiū perferat uarietates. Nam in omnibus fere quę spirant: eadem series & ordo mēbrorum est. Primū enī caput & huic annexa ceruix. Item collo pectus adiūctū: & ex eo prominentes armi: adh̄erens pectori uent̄. Item uētri subnexa genitalia. Ultimo loco femora pedesq;. Nec solum membra suū tenorē: ac situm in omnibus seruat: sed etiam partes mēbrorum. Nam in uno capite ipso certā sedem possidēt aures: certam oculi: nares' item: os quoq; & in ore dentes & lingua. Quę omnia cum sint eadem in omnibus animantibus: tamen infinita & multiplex diuersitas figuratorum est: q; ea quę dixi: aut productiora: aut contractiora liniamentis uarię differentibus cōprehensa sunt. Quid illud: nonne diuinum quod in tanta uiuentium multitudine: unumquodq; animal in suo genere & specie pulcherrimum est? Ut si quid uicissim de altero in alterum transferatur: nihil impeditius ad utilitatem: nihil deformius ad aspectum uideri necesse sit. Ut si eliphāto ceruice; prolixam tribuas aut camelō breuem: uel si serpentibus pedes: aut pilos addas in quibus porrecti equaliter: corporis longitudo nihil aliud exhibeat

nisi ut maculis terga distincti & squamarū leuitate suffulti in lube
bricos tractus sī nuo lis flexibus laberent. In quadrupedibus autē
idem opifex contextum spinę: aut sumo capite deductū: longi⁹
extra corpus eduxit: & accuminavit in caudā: ut obſcoenę corpis
partes: uel ppter foeditatē tegerent: uel pptet teneritudinē muni-
rent nt animalia quędam minuta: & nocentia: motus eius arceret
a corpore. Quod membrū si detrahas imperfectū fit animal ac de-
bile. Vbi autē ratio & manus est: tamē nō est id necessarium q̄ in
dumentū pilorū. Adeo in iuo quoq; genere aptissime cōgruunt
ut neq; nudo quadrupede: neq; homine tecto excogitari quicq;
turpius possit. Cum tamen ipsa nuditas hominū mire ad pulchri-
tudinē ualeat nō tamē etiā capiti cōgruebat. Texit ergo illud pilo
Et quia in summo futurū erat: quasi sūmū cōdificij culmē ornauit
Qui ornatus non est in orbem coactus: aut in figuram pilei teres
factus: ne quibusdam partibus nudis effet informis: sed alibi in
fusus: alibi retractus: pro cuiuslibet loci decentia. Frons ergo ual-
lata per circuitum: & a temporibus effusi ante aures capilli & eay
sumimē partes in coronę modum cinctę: & occipitum omne cō-
tectum: speciem miri decoris ostentat. Iam barbe ratio incredibi-
le est: quantum conferat ad dignoscendam corporum maturitatē
uel ad differentiam sexus: uel ad decorum uirilitatis ac roboris:
ut uideatur omnino non constatura fuisse totius operis ratio: si
quicq; aliter effet effectum.

**Capitulū. viii. De forma hominis & omniū membrorū
habitudine: sed specialiter de auribus & oculis.**

Vnc rationem totius hominis ostendam: singulorūq; mē-
brorum: quę in corpore aperta: aut operta sunt: utilitates &
habitus explicabo. Cum igit statuisset deus ex omnibus animali-
bus solum hominē facere cęlestę & cetera uniuersa terrena. Hūc
ad cęli contemplationem rigidum erexit: bipedemq; constituit
scilicet ut eadem ipectaret unde illi origo est. Illa uero deppressit
ad terram: ut quia nulla bis immortalitatis expectatio est: toto
corpore in humum projecta: neutri pabuloq; seruirent. Hominis
itaq; solius recta ratio: & sublimis status: & uultus deo patri cō-
munis ac proximus: orgine; suam factoremq; testat. Eius prope-

diuina mens: quia nō tñ animatiū quę sunt in terra sed etiam sui corporis est sortita dominatū: i summo capite collocata tanq; in arce sublimis speculatur omnia: & contuet. Hanc eius aulam de⁹ non obductam porrectamq; formauit: ut in multis animalibus: s; orbi & globo similem: q; orbis rotunditas perfecte rationis est ac figure. Eo igitur mens: & ignis ille diuinus tanq; celo tegitur. Cuius cum summū fastigiu naturali ueste texislet priorem ptem quę dicitur facies necessarijs membroru; ministerijs: & instruxit pariter & ornauit. Ac primū oculorum orbes concavis foraminib; conclusit: a quo foratu frontem nominatam Varro existimat: & eos neq; minus neq; amplius q; duos esse uoluit: q; ad spe ciem nullus est pfectior numerus q; duorum: sicut & aures duas quarum duplicitas incredibile est quātam pulchritudinē preferat q; tum pars utraq; similitudine ornata est: tum ut uenientes altrius secus uoces facilius colliganſ. Nam & forma ipsa mirandum modum ficta: q; earum foramina uoluit esse nuda & inobsepta: quod & minus decoru; & minus utile fuisset: quoniā simpliciū cauernarum angustias preteruolare uox posset & spergi: nisi perceptam per cauos finis: & repercuſu retentam foramina ipsa conueherent: illis similia uasculis: qbus impositis solent angustiora uasa compleri. Eas igitur aures quibus est inductum nomen a uocibus hauriendis. Vnde Virgilius. Vocemq; his auribus hausit quia uocem ipsam greci ακοη uocant ab auditu per immutationem litterę: aures uelut audes sūt nominatę. Noluit deus artifex mollibus pelliculis informare quę pulchritudinē demeret: pendulas atq; flectentes: neq; duris ac solidis ossibus: ne ad usum inhabiles essent: imobiles ac rigentes: sed q; esset horū mediū excogitauit: ut eas cartilago mollior alligaret: & habet aptā simul & flexibilem firmitatē. In his audiendi tñ officiū constitutū est: sicut in oculis uidendi. Quorū p̄cipue inexplicabilis est: ac mira subtilitas: quia eorum orbes geminarum similitudinē preferentes ab ea parte qua uidendū fuit: membranis perlucentibus texit: ut imagines rerum contrapositarū tanq; in speculo resfulgentes: ad sensū intimum penetrarent. Per eas igitur membranas sensus ille qui dicitur mens ea: quę sunt foris transpicit: ne forte existimes: aut imaginum incurſione nos cernere: ut philosophi dixerunt: quoniam uidendi officium in eo debet esse quod uidet non in eo quod

uidetur: aut intentōe aeris cū acie: aut effusione radiorū quonia;
si ita esset: radiū quē oculis aduertim⁹ uiderem⁹ donec intentus
aer cū acie, aut effusī radij ad id qđ uidendū eset puenirēt. Cum
autē uideam⁹ eodē momento tēporis plerūq; uero aliud agētes:
niblomin⁹ tamē uniuersa quē cōtra sunt posita intueamur. Ve,
rius & manifesti⁹ est mentē esse: quē p oculos ea quē sunt oppo
sita trāspiciat: q p fēnēstrās lucente uitro: aut speculari lapide ob
ductas. Et idcirco mēs & uoluntas ex oculis sēpe dinoſciſ. Qđ
qdem ut refelleret Lucretius: ineptissimo usus est argumento. Si
enim mens inquit p oculos uidet: erutis & effossis oculis magis
uideret quoniā euulſe cū postib⁹ fores: plus inferūt luminis: q si
fuerint obducte. Nimiꝝ ipſi uel poti⁹ Epicuro qui eū docuit: ef
fossi oculi erāt ne uideret effusios orbes: & ruptas oculoꝝ fibras:
& fluentē p uenas sanguinē & crescentes & uulneribus carnes: &
obductas ad ultimū. Cicatrices nibil posse lucis admittere: niſi
forte oculos narib⁹ ſimiles naſci uolebat: ut non tam oculis q fo
raminib⁹ cernerem⁹: quo nibil ad ſpeciem fedius: ad uifū inuti
lius fieri potest. Quātulū enim uidere poſſemus: ſi mens ab inti
mis penetrabilib⁹ capitis p exiguaſ cauernarū rimulas attēderet:
ut ſi quis uellet tranſpicere p cicutā: non plus profecto cernat q ci
cute ipſius capacitas cōprehendat. Itaq; ad uidēdū mēbris poti
us in orbem cōglobatis opus fuit ut uifū in latum ſpargeret: &
quē in primiori facie adhērerēt: ut libere poſſint omnia cōtueri.
Ergo ineffabilis diuinę prouidētię uirtus fecit duos ſimillimos
orbes: eosq; ita deuinxit: ut non totū cōuerti: ſed moueri tamen
ac flecti cū modo poſſent. Orbes autē: i pos humoris puri ac liq
di plenos eſſe uoluit: i quoꝝ media pte ſcintillę luminū cōcluſę
tenerentur: quas pupillas nuncupamus: in qbus puris ac ſubtilib⁹
cernendi ſentis ac ratio continentur. Per eos igitur orbes ſeipſam
mens intendit ut uideat: miraꝝ ratione in unum miſcetur: & cō
iungitur amborū lumen uifū.

Capi. ix. Contra eos qui ſensuſ falſoſ eſſe contendunt.

Ibet hoc loco illorū reprobēdere uanitatez: qui dum uolūt
uolūt ostēdere ſensuſ falſoſ eſſe: multa colligūt in quibus oculi
fallant̄ inter quē illud etiaꝝ qđ furioſis & ebrijs: omnia duplia

uideat. Quasi uero ei⁹ erroris obscura sit cā. Ideo enī fit qd̄ duo sūt oculi. S; qūo id fiat accipe. Visus oculoꝝ intētōne animi cōstat. Itaq; qm̄ mens (ut supra dictū est) oculis tanq; fenestrīs utit: nō tantū hoc ebrijs aut insaniis accidit: s; etiā sanis & sobrijs. Nā si aliqd nimis ppius admoueas duplex uidebit. Certū est enī in teruallū ac spaciū: quo acies oculoꝝ coit. Itē si retrorsum auoces animū: qsi ad cogitādū: & intētōne mētis relaxes: cū acies oculi utriusq; deducis: tūc singuli uidere incipiūt sepatim. Si autem rursus itēderis: aciēq; direxeris: coiti unū qcqd duplex uidebat Quid ergo miꝝ si mēs ueneno ac potētia uini dissoluta dirige, re se nō pōt ad uidēdū: sicut nec pedes qdē ad ambulādū neruis stupescētibus debiles: aut si uis furoris in cerebrū ſequiēs cōcordiam disiūgit oculoꝝ! Quod adeo uerū est: ut luscis hominibus: si aut insani aut ebrij fiant: nullo mō possit accidere ut aliqd duplex uideat. Quare si ratio appetet cur oculi fallunt: manifestum est nō esse falsos sensus: q aut nō fallunt: si sint puri & īegri: aut si fallunt: mēs tamē nō fallit quē illorum nouit errorem.

Capi.x. Ad oculoꝝ fabricā redit & oiu; mēbroꝝ habitudinē s; spēaliter quē usq; ad uentrē p cutē appetet.

Ed nos ad dei opa reuertamur. Utigitur oculi munitiores effent ab iniuria: eos cilioꝝ tegmib⁹ oculuit: unde oculos dictos eē Varroni placet. Nā & ip̄c palpebre qb⁹ mobilitas in est: palpitatio uocabulū tribuit: pilis i ordī ſtatib⁹ uallatę septū oculis decētissimū pbent. Quaꝝ mot⁹ affiduuſ incōprehēſibili celeritate cōcurrēs: & uidēdi tenorē nō ipedit: & reficit obtutum. Acies enī idest mēbrana illa pluſes: quā ſiccari & obareſcere non oportet: niſi humore affiduo terſa pure niteat obſoleſcit. Quid ip̄a ſupciliōrū fastigia pilis breuib⁹ adornoſt! Nonne qsi aggeribus: & munimētū oculis ne qd ſupne incidat: & ſpeciē ſimiſ preſtant! Ex quoꝝ cōfinio naſus exoriēs: & ueluti equali porrectus iugo: utrāq; aciē ſimul & diſcernit & munit. Inferi⁹ quoq; genarū nō indecēs tumor: in ſimilitudinē colliū leniter exurgens: ab omni pte oculos efficit tutiores: puifumq; eſt ab artifice ſūmo: ut ſi qſ forte uehemētior ictus extiterit: eminētib⁹ repellaſ. Naſi nero pſ ſuperior uſq; ad mediū ſolida formata eſt. Inferior autē

cartaligine adh̄eret mollita; ut ad usum; dīgitoꝝ possit esse tracta
bilis. In hoc autē quāuis simplici mēbro tria sunt officia cōstitu
ta. Vnū ducēdi spirit⁹. Alterū capiēdi odoris. Terciū ut p̄ eius
cauernas purgamēta cerebri defluāt. Quas ipse de⁹: q̄ mirabili: q̄
diuina ratione molit⁹ est: ut tamē hiat⁹ ipse nasi oris speciē non
deformaret: quod erat plane futuꝝ si simplex foramē pateret. At
id uelut pariete p̄ mediū ducto itersepsit atq; diuīsit: fecitq; ipsa
duplicitatē pulcherrimū. Ex quo intelligim⁹ quātum dualis nu
mer⁹ una & simplici cōpage solidat⁹ ad rerum ualeat p̄fectionē.
Nam cum sit corpus unum: tamen totum ex simplicib⁹ mēbris
cōstare nō poterat nisi ut essent ptes uel dextre: uel sinistre. Itaq;
ut pedes duo: & itē manus: nō tantū ad utilitatē aliquā: usumq;
uel gradiēdi uel faciēdi ualent: sed & habitū decorēq; admirabi
lem cōferūt: sic in capite quod toti⁹ dirini operis q̄si culmē est:
& auditus in duas aures: & uisus in duas acies: & odoratio i du
as nares a summo artifice diuīsa est: quia cerebrū in quo sentiēdi
ratio est q̄uis sit unū: tamē in duas ptes mēbrana interueniēte di
scretum est: sed & cor quod sapientiē domicilium videtur: licet
sit unum: duos tamen intrinsecus sinus habet: quibus fontes vi
ui sanguinis continētur: septo intercedente diuīsi: ut sicut in ipso
mundo summa rerum uel de simplici duplex: uel de dupli cōm
plex: & gubernat & continet totum: ita in corpore de duob⁹ uni
uersa cōpacta indissociabilem p̄tenderent unitatē. Oris quoq;
species & rict⁹ ex transuerso patefactus: q̄ utilis: q̄ decēs sit enar
rari non potest: cuius uisus in duobus constat officijs sumendi ui
ctus & eloquendi. Lingua intus inclusa: que uocem motibus su
is in uerba discernit: & est interpres animi. Nec tamē sola potest
per se eloquendi munus implere: nisi acumen suum palato illife
rit: nisi adiuta uel offensione dentium: uel compressione labioꝝ
dentes tamen plus conferunt ad loquendum. Nam & infantes nō
ante incipiunt fari: q̄ dentes habuerint: & senes amissis dentibus
ita balbutiūt: ut ad infantia reuoluti denuo esse audiantur. Sed
hęc ad hominem solum pertinent: aut ad aues in quibus acumi
nata & uibrata certis motibus lingua innumerabiles cantuū flexi
ones & sonorum uarios modos exprimit. Habet p̄terea & ali
ud officium: quo in omnibus: sed tamen soluꝝ in mutis utitur: q̄
cōtritos & cōmolitos dētib⁹ cibos colligit: & cōglobatos ui sua

deprimit & trāsmittit ad uentrē. Itaq; Varro a ligāndo cibo pu-
tat linguę nomen impositū. Bestias etiā potu adiuuat: protenta
enim cauataq; bauriūt aquā: eāq; cōprehēsa; lingue sinu: ne tardi-
tate ac mora effluat: ad palatu; celeri mobilitate complodūt. Hęc
itaq; palati cōcauo tāq; testudine tegit: eāq; dentiū ordine septis
de⁹ q̄li muro circūuallauit: dentes autē iplos ne nudi ac restricti
magis horrori q̄ ornamēto essent gingiuis mollib⁹: que a gignē
dis dētib⁹ nominant: ac deinde labioꝝ tegminibus honestauit.
Quoꝝ duricies sicut in molari lapide maior est & asperior q̄ in
ceteris ossibus: ut ad cōterēdos cibos pabulūq; sufficerēt. Labra
ipsa que q̄si antea cohērebāt q̄ decēter intercidit: quorū superius
s̄b īpa medietate nariū lacuna q̄da; leui q̄si ualle signauit: inferi⁹
honestatis gratia foras molliter explicauit. Nam qd attinet ad sa-
porē capiendū fallit q̄squis hūc sensum palato inesse arbitratur
Lingua est enim qua sapores sentiunt: nec tamē tota. Nam partes
eius que sunt ab utroq; latere teneriores: saporē subtilissimis ten-
sibus trabūt. Et cū neq; ex cibo quicq;: neq; ex potionē minuatur
tamē inenarrabili modo penetrat ad sensum sapor eadē ratione:
qua nibil de quacunque materia odoris decepit: cetera q̄ decora
uix exprimi potest. Deductum clementer a genis mentum & ita
inferius conclusum: ut acumen eius extremum signare uideatur
leniter impressa diuisio. Rigidum ac teres collum scapulę uelut
mollibus iugis a ceruice dimisię: ualida & substricta neruis ad
fortitudinem brachia insignis toris extintum: lacertorum ingēs
robur utilis ac decens flexura cubitorum. Quid dicam de mani-
bus rationis ac sapientiē ministris! Quas solertiſſim⁹ artifex pla-
no ac modice cōcauo sinu fictas: ut siquid tenēdum sit apte pos-
sit incidere in digitos terminauit: in qbus difficile est expedire
utrū ne species an utilitas maior sit. Na; & numerus pfectus ac
plenus: & ordo: ac gradus decentissimus: & articuloru; parium
curuatura flexibilis: & forma unguī rotunda concauis tegmini-
bus digitorū: fastigia cōprehēndēs atq; firmās ne mollitudo car-
nis intenēdo cederet: magnū p̄ebet ornatū. Illud uero ad usum
miris modis babile: q̄ unus a ceteris separat⁹ cū ipsa manu orit:
& in diuersu; maturius finditur: q̄ se uelut obuiū ceteris p̄ebēs
oēm tenendi faciēdiq; rōem: uel solus uel p̄cipue possidet tanq;
rector oñiū atq; moderator. Vnde etiā pollicis nomē accepit: q̄

ui & potestate int̄ ceteros pollet. Duos quidē articulos extantes habet nō ut alijs trinos: sed unus ad manus carnē necit̄ pulchritudinis gratia. Si enī fuisset trib⁹ articulis & ipse discretus foeda & indecora species ademisset manib⁹ honestatē. Nā pectoris latitudo sublimis: & exposita oculis mirabilē pr̄ se fert habitus sui dignitatē. Cui⁹ hęc causa est q̄ uideſ hominē solū deus: ueluti supi nū formasse. Nā fere nullū animal iacere intergū pōt: mutas autē animātes q̄si alīno lateri iacentes finxisse atq; ad terrā cōpressisse. Iccirco illis angustū pectus & ab aspectu remotū: & ad terrā uersus abiectū: hoīs autē patēs & rectū quia plenū rationis a cēlo datū humile aut indecens esse nō debuit. Papillę quoq; leuiter eminentes: & fusioribus: ac paruis orbib⁹ coronatę: non nihil addūt uenustatis foeminis ad alendos foetus datę marib⁹ ad solū dec⁹: ne informe pectus & quasi inutile uidereſ. Huic subdita est planies uentris: quā mediā fere umblicus nō indecenti nota signat ad hoc factus: ut eū foetus dū ē in utero nutriaſ.

Cap.xi. De uisceribus & intestinis usq; ad mēbra genitalia.

Equitur necessario ut de internis quoq; uisceribus dicē incipiā: qbus nō pulchritudo q̄a sunt abdita: sed utilitas incredibilis attributa ē: quoniā op⁹ fuerat ut terrenū hoc corp⁹ succo aliq; de cibis ac potib⁹ aleret sicut terra ipsa imbris ac pruinis. Prouidētissim⁹ artifex in medio ei⁹ receptaculū cibis fecit: qbus cōcoctis & liqfactis: uitales succ⁹ mēbris oib⁹ disptiret. Sed cu; hō cōstet ex corpe atq; aīa: illud qđ supra dixi receptaculum soli corpori p̄stet alimētū: aīeþo aliā sedē dedit. Fecit enī gen⁹ quoddā uiscerū molle atq; rarū: qđ pulmonē uocam⁹ in qđ spūs reciproca uicissitudine cōmearet: eūq; nō in uteri modū finxit ne effude reſ simul spūs aut inflaret insimul. Ideoq; plenū qđē uiscus efficit sed inflabile atq; aeris capax ut paulatī spiritum reciperet: dū uitalis uentus per illam spargitur raritatē: & eundē rursus paulatī reddēt: dū se ex illo explicat. Ipa enī uicissitudo flādi & spirādi respirandiq; tractus uitam sustentat in corpore. Quoniam ergo duo sunt in homine receptacula: unum aeris: quod alit animam: alterum ciborum: quod alit corpus: flecti ceruix ac moueri facile possit duas esse per collum fistulas necesse est: cibalem ac

spiritalem: quarū superior ab ore ad uentrem ferat: inferior a nari
bus ad pulmonē: quarum ratio & natura diuersa est. Ille enī qui ē
ab ore transitus mollis effectus est: & qui semp clausus cohēreat
sibi sicut os ipsū: quoniā potus & cibus dimota & patefacta gu
la: quia corporales sunt spaciū sibi trasmeandi faciūt. Spiritus cō
tra qui est incorporalis ac tenuis q̄a spaciū sibi facere non poterat
accepit uiam patentē: quę uocatur gurgulio. Is constat ex ossibus
flexuosis ac molibus quasi ex anulis in acute modū inuicē cōpa
ctis & cohērentibus: patetq; semp hic transitus. Nulla; enī requiē
meādi habere spiritus potest: quia his qui semp cōmeat: demissa
utiliter de cerebro mēbri portione cui uua nomen est: uelut occur
su quodā refrena: ne aut teneritudinem domiciliū cum impetu ue
niens attracta pestilenti aura corrumpat: aut tota nocendi uiolētia
internis receptaculis perferat. Ideoq; etiā nares breuiter sūt aperte:
quę iccirco sic nomināt: quia per eas uel odor uel spiritus nare nō
desinit. Tamen hęc fistula spiritales non tm ad nares: uerū quoq;
ad os iter patet in extremis palati regionibus: ubi se colles fauciū
spectantes uuā tollere incipiūt in tumorē: cuius rei causa & ratio
non obscura ē. Loquendi enī facultatē non haberem⁹: sed sicut gu
lę iter ad os tm: ita gurgulio ad nares tm pateret. Aperuit igit̄ uiā
